

ANNOTATA ANTI-GROTIANA

“ cultura defumta, sed alio modo. Apud Philonem: Φιλωνος ἡ
 “ καὶ ἄθεος ὁ νόμος, εἰόμενος ἴσος εἶναι θεῶν, ποιῆν δοκῶν ἐν τῷ πα-
 “ ρειν ἐξεταζόμενος. θεὸς ἡ παρέρουτος καὶ φυτεύουτος ἐν ψυχῇ
 “ τὰ καλὰ, ἐλέγων νοῦς ὅτι ἐγὼ φυτεύω, ἀσπείρει δὲ φυτεύσεις ἐν ὅταν ὁ
 “ θεὸς φυτεύῃ.

Malè autem ministerio omnem in hisce operationem & vim derogant Calviniani, Schwenkfeldianis appropinquantes: quum Deus non immediatè, sed per *Διακόνους* vel ministros fidem & conversionem operetur: illiq; DEO subordinentur ceu causa ministeriali principali, quemadmodum Apostolus eos ministros dixit, *per quos crediderint Corinthii*: & paulò post v. 8. θεὸς γὰρ, inquit, ἔσμεν συνεργοί. Quapropter vel *in se* spectantur ministri, atq; ita nihil sunt, quoad operationem spiritualem: vel ratione *Διακονίας* suæ, & prout DEO subordinantur, & ita non sunt omninò nihil, sed *DEI cooperarii*: Nimirum in se & ex se nullam habent virtutem, sed quicquid habent virtutis in ministerio suo, ex DEO habent, & *gratiâ DEI sunt quod sunt*, 1. Cor. XV. 10.

“ v. 8. ὁ φυτεύων ἡ καὶ ὁ ποτίζων ἐν ἐσιν.

“ Idem agunt negotium: sicut illi in agriculturâ plantam ter-
 “ ræ & terram plantæ admovent, sic hi in Evangelio homines ad
 “ DEum, DEum ad homines perducunt. Qui eidem negotio in-
 “ cumbunt, non debent partes facere. De hos loqvendi genere
 “ vide Joh. X. 30. XVII. 11. 12. 1. Joh. V. 7. 8.

Pessimè conferuntur ea loca quæ de *substantiali unitate* in es-
 sentiâ divinâ agunt, utpote Job. X. 30. 1. Job. V. 7. Non enim u-
 num sunt qui plantat, & qui rigat, Paulus & Apollo, *substantiâ,*
 aut *individuo*: uti nec gradu nec donis, nec vocatione, nec *authoritate,*
 nec *tempore,* nec *labore,* nec *mercede*; sed unum sunt ministerio,
 fide, charitate, ac intentione ac scopo: unius Domini operarii, unius
 fidei propugnatores, unius cœli plantatores: *unum sunt*, dicente
 Theodoro, *quatenus alteri subserviunt: ambo enim serviunt divinæ*
altitudini.

“ v. eod. ἕκαστος ἡ τὸν ἴδιον μισθὸν λήψεται καὶ τὸν
 “ ἴδιον κόπον.

“ Pro magnitudine laboris erit magnitudo mercedis: sed
 immeasô major labore merces. Merces